



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

Sodalibvs Partheniis Antverpiensibvs S. P. Typographvs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

A.  
ri à  
IN-  
uo-  
nam  
m!)  
Ani-  
ium  
nu-  
Pa-  
o ex  
ili;  
, ut  
eca-  
XX.  
RE-  
VM  
VE  
celo  
vica.

SODALIBVS  
PARTHENIIS  
ANTVERPIENSIBVS

S. P.

TYPOGRAPHVS.

**D**ivorum hominum res gestas, & eorundem Tutelarium vestrorum exempla, sodalis ego aut vester, aut vobiscum MARIAE, quod per vos licere gratias ago maximas, Dominationibus vestris, Sodales, dico & consecro. Reperietis in his esse complures, quorum vos patrociniis usos esse superiorum annorum mensibus recordabimini.

Quorum coletis, si videbitur, die suo cuiusque natalem: totidemque vobis quotidie ex hoc libello excriri soles putabitis. Mihi enim hoc videtur diebus esse pulchrius honestiusque, quod festi sunt, quam quod clari; quodque

A 4 Divis

Divis sacri, quàm quòd lucidi sole.  
Et quidem dierum singulorū lucem,  
& tempus consumit, & noctes ex-  
tinguunt, & obliuiscuntur anni, &  
ignorabit oblivio: illiusq; lucis re-  
cordatio ad vitam alterā certè non  
pertinebit. Eius autem vel diei vel  
temporis, quo sanctorum hominum,  
abiecto corpore, evolantes animi per-  
venerunt in coelū, vivet & vigebit  
memoria temporibus sempiternis.  
Accipite igitur omnium aetatum, ac  
temporum superiorum in paucis pa-  
gellis collecta rectè facta, accipite in  
complexu exiguo Astronomiam, ut  
ita dicam, universam Empyreii coeli.  
Accedunt rebus maximis atq; pul-  
cherrimis, multa inventa acutè,  
venustè ornata, omnia deniq; scripta  
festivè. Quò vobis erit hominibus  
& scientissimis & amantissimis li-  
terarum libelli usus & accommo-  
datior, & iucundior. Valetè.

D. D. V. V.

Observantissimus servus

IOANNES CNOBBAERT.